



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 29. Albæ Dux in Campania Romana Victor.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

„justum, & dignitati suæ, ac Sacrae Sæcul XVI.  
„Sedi conveniens sit, constanter tuea- A.C. 1550.  
„tur. De cetero autem hujus rei suc-  
„cessum Divinæ voluntatis nutui relin-  
„quere vult, cum a Deo gregem Christi  
Domini pascere constitutus est.

§. XXIX.

*Albæ Dux in Campania Romana  
victor.*

Exceperat Albæ Dux Nerium cu[m] Pallav. c. 19.  
ingenti animi sui moderatione, cu[m] & 20.  
vero Papam ob prompti auxili e Fran- Thuan. l.c.  
cia adventantis spem arrogantius re-  
spondisse existimaret, hinc die decima  
quarta Septembbris bello initium fecit,  
moxque Pontem-Corvum, seu Fregel-  
las ad Lyrim, ceterasque urbes totius  
Provinciæ, quæ Terra Laboris appelle-  
latur, deditio[n]e cepit, promotisque  
castris in Ecclesiæ ditiones irruit, ac  
Verulum præmisit Garsiam Toletanum,  
ubi Fabianus, & Laurentius Perusinus  
cum duobus militum vexillis ca-  
stra metabantur, cum vero hujus ur-  
bis præfidiarii sese dedere recusarent,  
Dux admotis belli tormentis oppidum  
vi cepit, militesque armis suis spolia-  
vit: Vespasianus Gonzaga vero Baucum  
missus Joannem Vasconem Florentinum,  
& Thomam Cameratem cum cohortibus  
suis opprescit: his factis Albanus Ana-

C c 2

gniam

Sac. XVI.  
A.C. 1556.

gniam versus exercitum promovit, & Privernum, Terracinam, Acutium, Fumonum, Ferentinum, & Aletrium ultro deditio[n]e facta in suam potestat[em] redigit: interim majus in Anagnia capienda negotium fuit, in quam Caraffa Cardinalis, qui exente Mense Augusto e Galliis profectus Mense Septembri Romam venerat, Torquatum Contium, seu Comitem cum mille trecentis peditibus Ital[ic]is immiserat.

Ergo obsidio toto armorum apparatus inchoatur: ast præsidiarii nocte in sequenti, quæ in decimam quintam octobris diem incidebat, clam cum Duce suo per vallem, quæ Acutium dicit, summa celeritate paucis amissis elapsi sunt; mane autem facto, cum Hispani vacua defensoribus mænia conspicerent, haud jussi irrumpunt, & oppidum diripiunt.

Ceterum Cardinalis Caraffæ adventus, necnon pecuniæ, quas secum deferebat, Papam solabantur, eo potissimum nomine, quod brevi etiam Strozzius, & paulo post Mont-Lucus cum Vasconibus, ac Gallis militibus, qui in Etruria castra posuerant, adventassent, fidemque Pontifici fecissent, quod intra exiguum temporis Spatiu[m] copiosus in Italia exercitus ductore Giulio Duce conspiciendus esset.

§. XXX.

